Manda deus uirtuti tue: confirma deus hoc quod
operatus es in nobis. munera.
A templo tuo in ierusalem: tibi offerent reges
Increpa feras arundinis congregacio taurorum
in uaccis populorum: ut excludant eos qui probati sunt argento.
Dissipa gentes que bella uolunt uenient lega
ti ex egypto: ethiopia preueniat manus eius deo.
Regna terre cantate deo: psallite domino.
Psallite deo: qui ascendit super celum celi ad
orientem.
Ecce dabit uoci sue uocem uirtutis: date glo
riam deo super israel magnificencia eius et uir
tus eius in nubibus.
Mirabilis deus in sanctis suis: deus israel ip
se dabit uirtutem et fortitudinem plebi sue. be
nedictus deus.

Aluum me fac deus: quo
niam intrauerunt aque
usque ad animam meam.
Infixus sum in limo pro
fundi: et non est substancia.
Ueni in altitudinem ma

58 die 13.
psal. 69. vesp: 13.